

sed sp̄s patris ur̄i qui loquitur in uobis. Tradet aut̄ frat̄
fratrem in mortem. & pater filium. Et insurgent filii
in parentes. & morte eos efficient. Et eritis odio om̄ib̄.
propter nomen meum. qui aut̄em perseuerauerit usq̄.
in finem. hic saluus erit.

iiii.

Cum autem persequentur uos in ciuitate ista fugite in aliā
Amen dico uobis. non summabitis ciuitates israhel. donec
ueniat filius hominis.

& cxxxviiii.

Non est discipulus sup̄ magistrum nec seruus sup̄ dominum
suum. Sufficit discipulo. ut sit sicut magister eius. et
seruus sicut dominus eius.

Si patrem familias beelzebub uocauerunt quanto magis
domesticos eius. ne ergo timueritis eos.

Nichil opertum quod non reuelabitur et occultum.
quod non scietur.

Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine. Et quod in
aure auditis predicate sup̄ tecta. Et nolite timere eos
qui occidunt corpus. animā aut̄ non possunt occidere.
Sed potius eum timete. qui potest & animam & corpus p̄
dere in gehennam. Non ne duo passeres. asse ueneunt.
& unus ex illis non cadet super terrā. sine patre uestro.
Ur̄i aut̄ & capilli capitis. om̄s numerati sunt. Nolite
ergo timere. multis passeribus meliores estis uos. Omnis
ergo qui confitebitur me coram hominibus. confitebor &
ego eum coram patre meo. qui est in cęlis. Qui autem
negauerit me coram hominibus. negabo et ego eum corā

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Trierer DOM
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Hohe Domkirche zu Trier, Domschatz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dst_ms137-133-65/0048